Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ea uidet ea audit. que pphetali digne sunt seruitutes. Multi putant
iuxta interpretationem nominis qd seruus iste sit dni. cui dicitur iniq
saia magnu tibi est. uocari te puerum meum. qui se existimantur formam
serui accipiens. Sed si hoc ita intellexerimus. alius nobis querendus
erit legatus. qui est missus ad gentes. Et du tropologia sequimur. p
dimus manifestissima pphetia. Querimus g quis sit iste edom ut
ydumea. ad quam nunc p abdiam dns loqr. In libro geneseos esau
filium ysaac appellatum fuisse edom. quia ppter rufum lenticulte cibum.
pmogenita uendiderit. manifestissime legim. Edom enim interp
tatur nyppoc. id est rufus. In eode uolumine scribitur hic eundem
uocatum esse seyr: id est pilosum. quia hispidus erat. et n habebat lenitatem
iacob Vnus g atq; idem trib nominib appellatur: esau. edom. seyr:
Posseditq; eam regionem que nunc gebalena dicit. et in finibus est
eacyoc ponoeuc. ubi ante habitabant chorrei. q interpretantur
liberi. Vnde et ipsa urbe postea sortita est uocabulum. Qd g hebraice
edom. et greece dr ydumea. nunc uiculus palestine est. a condi
tore sic in posito nomine. cui latina qq; et greca meminit hystoria.
Iste est cui dr p amos. sup trib scelerib edom. et sup. iii. n con
uertam eum. eo qd persecutus sit gladio fratrem suum. et uiolauerit
miam eius. et tenuerit ultra furorem suum. et indignationem suam
seruauerit usq; in finem In ysaia qq; iuxta hebraicum legimus. Onus du
ma ad me clamat ex seyr. custos quid de nocte custos quid de nocte
Et hieremias in eandem pphetiam pari uoce consentit dicens. Numqd
non est sapientia ultra in theman. et reliq usq; ad finem eusdem pphetie
ubi dicit et erit cor fortium ydumee in die illa quasi cor mulieris
parturientis. Exceptoq; ordine commutato. et aliis que uidentur
discrepare magna pars abdie in hieremie uolumine continetur
Isti sunt montes seyr ad uersum qs hychechieli facies roboratur
et dr Babo montem seyr desolatum et desertum. post paululum dis
sipatus erit mons seyr et ydumea omis. Longum est si uoluero
cunctas scripturas euentilare. et p ferre in medium. sup montem
seyr maxime malachie ubi stati in principio scriptum est. Non
ne frater erat esau iacob. dicit dns. et dilexi iacob. esau autem
odio habui. et posui montes eius in solitudinem et hereditatem
eius in dracones deserti. Qd si dixerit ydumea destructa sum
sed reuertentes edificabimus que deserta sunt. hec dicit dns
ex eternum. isti edificabunt et ego destruam. et uocabunt terminum
impietatis. et pplis cui iratus est dns usq; in eternum. Quia g